



B. 25:

ECCLESIAE EVANGELICAE  
ANNO SAECVLARI SECUND

IMPERIO ATQVE AVSPICIIS  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI

**DOMINI  
FRIDERICI  
WILHELDI**

**REGIS BORVSSIAE MAR-**  
**CHIONIS BRANDENBURGICI S. ROM.**  
**IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SUPREMI**  
**PRINCIPIS ARAVSIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS**  
**MAGDEBURGI CLIVIAE IULIACI MONTIVM STETINI POME-**  
**RANIAE CASSVBORVM VINIDORVM MECKLENBURGI ET IN SILESIA CROS-**  
**NAE PURGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE**  
**CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBURGI ET MEVRSAE COMITIS HOHEN-**  
**ZOLLERA RVPINI MARCAE RAVENSBURGAE HOHENSTEINI TECKLENBUR-**  
**GI LINGAE SVERINI BVHRAE ET LEEDAMAE MARCHIONIS VEHRAE ET**  
**VLISSINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQUE ROSTO-**  
**CHII ET STARGARDAE IN LAVENBURG BVTOVV AR-**

LAY ET BREDA CETERA

**REGIS ET DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,**  
**SOLEMNITER CONCELBRANDO**

AD

**SOLEMNEM PANEGYRIN**

DIE II. NOVEMBR. AN DCC XVII.

IN AEDE GYMNASIO PROPRIA

AB

**AMPLISSIMO SENATV HALENSI**

DECRETAM

ERVITOS VTRIVSQUE REIP. CIVES

AC HOSPITES

OFFICIOSE AC PERAMANTER

INVITAT

**IO. MICHAEL HEINECCIVS,**

SS. TH. D.

SACRI TRIBVNALIS REGII IN DVCATV MAGDEBURGICO  
CONSILIARIVS ECCLESiarVM HALENSIVM ET DIOCESES. SALANAE IN-  
SPECTOR PASTOR PRIMARIUS ET GYMNASIISCHOLARCHA  
SENIOR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.

RECHTSVIR EVANGELICAE  
ANNO SACRAI VRI SCANDO  
SPPRINTSCHTAT PONTINISSIMI  
PRINCIPIA AC DOMINI

# ERIDERICI MATHHEMI

REGIS BORGESIAE MAR  
CHIONIS BRANDENBARGICI & ROM  
ARCHIACEREBUS ET ELECTORIS SAPREMI  
PRINCIPIS KRAESIENSIS & NOCERIENSIS  
MAGDEBURGENSIS & SILENTIENSIS  
KAROLINENSIS & LIPSIENSIS  
CAMERUNENSIS & VINDOBONENSIS  
NAVE BRUGENSIS & VENETIENSIS  
CANTABRICA & LEXICENSIS  
SOLINENSIS & VENETIENSIS  
GILIANENSIS & TERRITORIENSIS  
ALPINENSIS & TERRITORIENSIS  
CHI ASTRAEGIAE IN TERRITORIENSIS  
TATIENENSIS

REGIS DOMINICORUM LONGE CLEMENSISIMI  
SCILICET CONCEPTRA NDO  
AD

SOPHOMIN PANEGYRICI  
IN ALD GROWIO EPOKRI  
AMBASSIO SIVIA HELLISI  
CIVITATIS  
CIVITATIS  
AC HISTRIAE  
OFFICIO DE PREMULTE  
IO MICHAEL HINNECCIAS  
ZEGIS TIBRANENSIS REGIS IN DACATA MAGDBURGICO  
CONVENTU SPESIENSIS TERRITORIENSIS  
SERIOR





Vodin diuturnis noctibus fieri solet, vt omnes, quos non ferreus plane sopor oppreslit, iucundissimi luminis exortum incredibili desiderio exspectent: idem & superioribus illis saeculis contigit, quibus totum, quaqua patet, christianum orbem inuesti in eum errores, tanquam Cimmeriæ tenebræ, obduxerant. Vbique enim, tristibus illis atque infelicissimis temporibus, exaudiens bantur conquerentium de ecclesiæ calamitate, reformatio nemque non sine gemitu exoptantium voces; nec quidquam, antereformationem, ardenteribus votis expetebatur, quam REFORMATIO. Hæc semper in ore erat viris piis & cordatis limis: hanc precibus indefessis exposcebant à summo numine: de hac denique in priuatis amicorum congressibus; de hac in publicis vniuersæ ecclesiæ synodis capiebant consilia. Quum igitur adeo quibusdam pudor omnis perierit, vt B. MARTINVM LV-

A

THE

THERVM totum illud reformationis negotium  
temere , ac sine iusta causa adgressum esse , con-  
tendant , negentque , quidquam in Romana eccl-  
esia , quod emendari reformarique debuerit , fuisse :  
dabimus operam , ut , qui tot luculentissimis argu-  
mentis reformationis necessitatem sibi persuaderi  
haut patiuntur , vel tot saltem veterum , in ipsa hac  
ecclesia viuentium , testimonis reuincantur . Con-  
stat itaque inter omnes , qui ecclesiæ annales paulo  
accuratius excusserunt , totum illum , quem et  
iamnum Roma sibi vindicat , dominatum , iam in-  
de a Bonifacii III , Pontificis , tempore , esse repe-  
tendum . Is enim primus , Phocæ , Tyranni , auxi-  
lio usus , nouum ipfisque olim Pontificibus exosum  
oecumenici episcopi nomen adsumit , ex eoque  
tempore solus rerum , saltem in Occidente , potiri  
cœpit . Ex eo tempore tanta sensim in ecclesia  
facta est mutatio , ut pristinæ fidei , pietatis , inte-  
gritatisque vix vola aut vestigium adpareret . Gli-  
scere enim ubique errores , superstitiones miro pro-  
uentu succrescere , sacra omnia refungi , & paullatim  
ex serpentine gangrena nasci cœpit . Atque  
ab illo quidem tristiatque illætabili sæculo , nullus  
temere circumactus est annus , quo non innume-  
ræ de peruersa ecclesiæ facie querelæ , calidaque  
reformationem exoptantium vota in ipsa ecclesia  
Romana exaudirentur . Ex eo ipso circiter septi-  
mosæculo sunt veteres illi versiculi , quos in vetu-  
stissimo libro inuenit VALENTINVS MVNZERVS : a)

Roma diu titubans , longis erroribus acta ,  
Decidet , <sup>3</sup> mundi desinet esse caput .  
Ecclesiæ censura , fides , discessio Romæ  
Regnaque de medio sunt remouenda prius .  
Qui latet , error erit publicus : connubia foeda  
Fiunt , tolletur hinc pudor , inde timor .

Pof

a) Vid. Flac. Catal. Test. verit. Part. 1. n. 76. p. m. 79.

*Post homo peccati veniet, quem spiritus oris  
Christi perdet, erit postque suprema dies.*

E quacunque vena prodierint hi versus: sunt sane antiquissimi, & ab hoc saeculo omnem ecclesiam, tanquam certum indubiumque vaticinium, perugati, adeo, ut & FRIDERICVS II. Imp. priores versus, iam suo tempore, dignos iudicarit, quibus Pontificem Romanum in ruborem daret. b) Sequentia saeculo iux. quam multi fuerint per occidentem, qui incredibilem ecclesiæ Romanæ corruptionem magna animi ægritudine perspexerint, eiusque reformationem anxie exoptarint, omnes pæne docent horum temporum scriptores. BEDA, re non minus, quam nomine, VENERABILIS, quando eam in reminiscit: *Videat, inquit, c) lector, nec si ne lacrymis remi lacrymis dignam contempletur, quantum ecclesiæ status ad peiora quotidie, vel, ut mitius dicam, ad infirmiora gerenda deuoluatur.* Et quamvis postea negare nolit, suo etiam saeculo existare, ac semper existituros perfectos in fide & veritate: maxima tamen ex parte instare, ait, TEMPORA olim PRAEDICTA. Quid accuratius scribi potuisset de corrupto iis temporibus ecclesiæ statu, deque infausto Antichristi exortu, quem tunc omnes paullo prudentiores ecclesiæ imminere, haut vano augurio prælagiebant? Non dicam iam, quanta cura tum reformandæ ecclesiæ, & imaginum in primis cultui abrogando incubuerit CAROLVS M. Nemini enim ignota est Concilii Francofurtensis historia a DORSCHEO d) nostro & FR. SPANHEMIO e) accurate exposita. Nobis enim id modo licebit inde colligere, adeo tum non dubitatum fuisse de iure reformandi ecclesiam, ut ne in dogmatibus quidem prauis, quamquam a concilio

b) Vid. Goldast. Tom. I. Conf., imp. p. 263. & Tom. II. p. 78. c) Beda Exposit. Alleg. in Sam. lib. IV. cap. II. d) Dorfch. collat. ad concil. Francofurt. Avg. 1649. e) Fr. Spanh. Hist. imag. Scđ. 7. T. II. Opp. p. 823.

vniuersali stabilitis, acqueuerint prudentiores. De-  
cimo, quod sequutum est, sæculo innumera fuerunt  
piorum reformationem exoptantium suspiria, nul-  
laque de re frequentius, quam de ecclesiæ corru-  
ptione, dictum scriptumque est. L V D O V I C V S  
PIVS, quamuis plus iusto clero obnoxius, nihil  
prius tamen, nihilque antiquius habuit, ecclesiæ re-  
formatione, ob quam A.C. dccc. xvii. comitia in-  
dixit Aquisgrani, ibique formulas canonicae insti-  
tutionis, ex anterioribus Patribus collectas, edi-  
dit, ecclesiarumque omnium visitationem decre-  
uit. Epistolam exhibit GOLDASTVS, f) qui &  
formulas illas A.D. MDXLIX. ab Electore Coloni-  
ensi publicatas, recudendas curauit. g) Idem refor-  
mationis opus postea quoq; vrsit L V D O V I C V S, ceu va-  
ria, quæ in eam rem edidit, capitula demonstrant. h)  
Sed optimum Principis consilium partim præiudi-  
catæ, quas iuuenis imbiberebat, opinione, partim in-  
emendabilis eorum temporum improbitas euertit;  
siquidem ista qualicunque reformatione ita irrita-  
uit crabrones, ut eum ipso priuare imperio, non du-  
bitarent. Hinc anonymus vitæ Ludouici auctor,  
enarratis nonnullis, quæ ad reformationem illam  
pertinerent, institutis: *At vero, inquit, i) non tulit*  
*hanc sanctam Deoque dignam tanti imperatoris*  
*devotionem humani generis inimicus, undique se*  
*impetentem, & ab omnibus ecclesiæ ordinibus sibi*  
*met bella indicentem, sed cæpit totis virium copiis*  
*se expugnarem oppugnare, & per membra sua*  
*Christi fortissimum bellatorem vi & astu, quo potuit,*  
*laceſſere. Eadem iam antea, hoc sæculo, CAROLO-*  
*MANNI cura fuerat, quem reformandæ ecclesiæ*  
*cauſa concilium conuocasse, tradit AVENTINVS, k)*  
*in quo inter alia hæc eum edito præfatum ait:*  
*Conuocauit, ut mihi consulant, quo pacto iustitia &*  
*Chri-*

f) Goldast. Tom. I. Conf. imp. g) Idem Tom. II. h) Capitular. Addit. I. i)  
Auctor Vir. Ludou. Pii. cap. XI. in Marqu. Freb. corp. Hist. Franc. p. 459. k) A-  
uent. Lib. 3. Ann. Boic. p. 216.

Christiana deuotio instauretur, quæ negligentia &  
ignavia superiorum principum labefactata, collapsa,  
terriss depulsa corruit: qua denique industria popu-  
lus Christi à falsis & prauis sacerdotibus hactenus  
deceptus & per anfractus confragrosos seductus, ad  
VERITATIS SEMITAM reducatur. Quid dicam de  
graui illa, quæ eiusdem saeculi est, oratione GERBERTI  
RHEMENSIS? quid de egregio ARNVLPHI, Aurelia-  
nensis, testimonio? Hic sane vir sapientissimus, doctri-  
næque eo tempore habitus miraculum, adeo cogni-  
tum perspectumque habuit miserum ecclesiæ statum,  
vt ne dubitaret quidem, quin Antichristus suo tem-  
pore gliscere coepit. *Quid hunc*, inquit ille, reue-  
rendi patres, in sublimi solio residentem, veste purpu-  
rea & auro radiantem quid hunc, inquam, esse censem-  
tis? Nimirum, si caritate destituitur, solaque scien-  
tia inflatur & extollitur, antichristus est in templo  
Dei jedens, & se ostendens tanquam Deus. Et pau-  
cis interieatis: Antichristus instare videtur, & ut A-  
postolus ait, iam mysterium operatur tantum, ut, qui  
nunc tenet, teneat, donec de medio fiat, ut ille perdi-  
tionis filius reueletur, qui aduersatur & extollitur  
super Dei nomen, Deique culturam. *Quod iam in*  
*APER TO fit*, ut Romana potentia conquassata, reli-  
gione profligata, nomen Dei frequentibus periuriis  
impune humilietur. l) Hæ similesque cordatissimo-  
rum virorum querelæ procul dubio mouerunt WER-  
NERVM ROLFINKIVM, vt de his ipsis saeculis exclamaret:  
*O tempus pessimum, in quo DEFECIT SANCTVS*  
& DEMINVTAE SVNT VERITATES a filiis hominum! m)  
Quemadmodum & PRATEOLVS, in suo illo hæreti-  
corum catalogo, factum esse hoc saeculo hæreticorum  
interregnū existimat, eo, quod fuderint hæretici,  
atque in prælatos ac monachos sese abdiderint. n)  
Id vero malum tantum abest, vt sequente saeculo xi. de-

B cre-

l) Synod. Rhem. VI. cap. 28. Tom. IX. Concil. conf. Conring. Epist. 1. & seq. m) Wern.  
Rolf. Fafic. temp. etat. 6. circ. ann. 894 p. 8. edit. Pistor. Tom. III. ver. Germ. n) Pra-  
teol. cent. X. cap. 14.

creuerit, vt affl̄ctior cum ipso tempore facta sit eccl̄-  
siæ conditio, vere que tum acciderit, quod ait H O R A-  
T I V S: o)

Damnoſa quid non imminuit dies?

Aetas parentum, peior auis, tulit

Nos nequiores, mox datus

Progeniem vitiosiorem.

De hoc sane saeculo idem W E R N E R V S conqueritur, fi-  
dem christianam tunc valde cœpisse deficere & declinare a pristina virilitate, & in multis regionibus Chri-  
stianitatis nec sacramenta, nec ecclesiasticos ritus  
seruatos: fuisse sacerdotes sicut populum. p) Quæ ad-  
eo vera sunt, vt L V P V S, Episcopus, q) G V I L I E L M V S  
T Y R I V S r) aliquique viri pii, omnia opera sua testimoniis  
eiusmodi impleuerint. Patentur sane & A B B O F L O R I A-  
C E N S I S S) & S T E P H . T O R N A C E N S I S , t) nec ipse dis-  
simulat B A R O N I V S, u) reuelationem antichristi tum  
in Galliis promulgatam, prædicatam Parisiis, & a  
compluribus creditam fuisse. Et quis dissimulare  
hæc quælo possit, quum G V I L I E L M V S S E N O N E N-  
S I S in litteris ad Alexandrum III. P P. scriptis  
profiteri non dubitarit, scandala tum manasse ab a-  
postolica sede, solutum esse Satanam in perniciem to-  
tius eccl̄siæ, iterato crucifigi Christum, & quæ hu-  
ius generis sunt alia. Quanto desiderio inter publi-  
cas hasce lacrymas reformationem eccl̄siæ boni o-  
mnes flagitarint, facile est ad existimandum, idque  
ve exto H E N R I C I A V C V P I S, O T T O N V M, H E N R I-  
C O R V M aliorumque Principum moliminibus patet.  
Omnis enim hi ſæpe reformationis agitantes con-  
ſilia, tantum ſibi cleri odium contraxerant, vt vel coe-  
pto defiſtere, vel rem imperfectam relinquere inuiti  
cogerentur. Quin & ipſe G R E G O R I V S VI, Papa, re-  
formationis conſilia cepit, incitante eum maxime P E-  
T R O D A M I A N O, w) fed quæ non minus, quam cete-

ra,  
o) Horat. Carm. Lib. III. Od. 5. p) Werner. l. c. p. 72. q) Lupus ap. Vilfer. de fuce eccl̄-  
ſe eccl̄. cap. 3. p. 69. r) Guil. Tyr. de bell. ſacr. lib. I. c. 8. s) Abb. Flor. apoloq. ad  
Hug. & Robert. Franc. Reg. ap. Aimon. in vita Abbon. c. 8. g. t) Steph. Torn. epift. g.  
ap. Baron. ad ann. 1010. n. 9. u) Baron. Annal. ad ann. 1000. n. 1. v) Petr. Dam. Epift. t.

ra, in irritum cadebant, quum nec populus, nec clerus,  
vt G VIL. M ALMES B. x) obseruat, tam acre ferret reme-  
dium. Qua de reformatione tam accurate, vt lolet, dis-  
seruit doctissimus iureconsultus io. SCHILTERVS, y) vt  
plane nobis diligentia sua otium fecisse videatur. Quo  
ægrius vero processit illa, licet satis leuis ac mollis, refor-  
matio: eo vberior, sequente sæculo XI. de ecclesiæ cor-  
ruptione conquerendi fuit materia, IOACHIMVS, Abbas,  
vaticiniis clarus, adoleuisse tunc Antichristum, Romæ  
natum, & ad sedem apostolicam prouectum, clamabat.  
z] Eamdem fuisse aliorum plerorumq; sententiam, qui-  
bus & BERNARDVM addere licebit, inficiari non potest  
BARONIVS. a] Et sane quantopere per ea tempora contra  
omne, quod <sup>reformac</sup> vocatur, se extulerint monstrailla  
hominum, Paschalis II, Callistus II, Innocentius II, Eu-  
genius III, Hadrianus IV, Alexander III, Clemens III,  
Cælestinus III, quamque luculenta fastus antichristiani  
dederint documenta, omnes eorum temporum historiæ  
testantur, estque id a nobis etiam alio loco vberius ex-  
plicatum. Ideo iam non hinc inde amplius aliqui tan-  
tum, sed, agmine facto, reformationem poscere coepe-  
runt WALDENSES & ALBINGENSES, in quibus nihil ma-  
gis reprehendunt inquisitores, quam quod corruptissi-  
mam ecclesiam Romanam esse, ac reformatione opus  
esse vniuersali, docerent, b] quemadmodum & HEN-  
RICIANOS notat BERNARDVS, c] quod eorum culpa sa-  
cerdotes sine debitareuerentia sint, ecclesiæ synagogæ  
reputentur, sanctuarium Dei sanctum esse negetur, sa-  
cramenta non sacra censeantur. Tolle ab his BERNARDI  
verbis rhetoricas <sup>invenientur</sup>, & facile adparebit, non aliade  
caussa notam hæreseos inustam esse hisce hominibus,  
quam quod de corruptione ecclesiæ, reformationisque  
necessitate paullo candidius, quam ea tempora fere-  
bant, loquerentur. Scilicet adeo bonæ spei decoxerat  
hoc sæculum, vt non modo ad hasce querelas non atten-

## B 2

deret,

x] Guil. Malmesb. Lib. 2, cap. 13. y) Schilt. de libert. eccl. Germ. III, n. §. 6. seq. z) Ro-  
ger Houed. Ann. Angl. Part. II. p. 651. seq. a) Baron. ad ann. 1106. n. 25. 26. conf. & Vs-  
ter. de success. cap. 7. Spanhem. Hist. christ. Sec. XII. p. 1592. seq. Tom. I. Op. b) Rain.  
Sachon. adu. Waldens. cap. 4. b) Bernard. Epist. ccxlii.



deret, sed eas ne ferre quidem amplius posset, documento egregio, eo progressum esse ecclesiæ morbum, ut veluti attigerit. Hinc saeculi XIII. historia nihil nobis memoriarum prodidit, nisi Waldensium atque Albingenianas, non alia de causa, ipsis patentibus quibusdam pontificis, d] excitatas, quam quod vitia & corruptelas præsum ac Romanæ ecclesiæ liberius reprehenderent. Enimvero non poterant Romanenses horum querelas æquo animo ferre, quamuis omnes, quibus vel ullus pietatis sensus superesset, easdem non probarent solum, sed & identidem repeterent. Non dicam iam de FRIDERICO II. Imperatore, cuius auspiciis PETRVS de VINEIS deplorandam ecclesiæ faciem viuis coloribus depinxit: nonde aliis Principibus, qui tum veluti ex compacto impotenti Pontificum dominacioni restiterunt. Iustum eorum agmen referunt CONRADI VRSPERGENSIS paralipomina, e] qui in Suevia luctuosam atque antichristianam ecclesiæ Romanæ faciem detexerint. Cui porro ignotæ sunt GUILIELMI PARISIENSIS f) querelæ, cui ecclesia Romana vix aliis, quam Babylonis, Sodomæ, Ægypti nomine designatur? Cui signata iusta opera GUILIELMI des ANCTO AMORE de periculis nouissimorum temporum: PETRI IOANNIS OLIVI articuli in Romanam ecclesiam: g) PETRI CASSIODORI de tyrannide Pontificis Romani excutienda: h) GVALTHERI MALPESII rythmi de corruptissimo statu prælatorum Romanæ curiæ, i) quibus tam graphicè depingitur temporum illorum calamitas, tamque ardentibus votis reformatio exoptatur, ut nihil potuisse vel ab ipsis Protestantibus liberius scribi. Sed quemadmodum non validius ad coelum penetrarunt Israëlitarum gemitus, quam quum, duplicato laterum numero, tantum dedissent patientiæ exemplum, quo maius dari non poterat: ita saeculis postillum ante reformationem proximis, hoc est, XIV & XV

tan-

- d) Paradin. Annal. Burgund. lib. II. ad ann. 1209. e) Paralip. Abbat. Vrfp. ad ann. 1236. p. 330. f) Opera eius edita a Barthol. Feronio anno 1674. Tom. II. g) ap. Steph. Baluz. Mjell. Tom. I. p. 314. h) ap. Goldast. Monarchie Rom. Imp. Tom. I. i) ap. Wolf. flum. Lect. memorab. Tom. I.



tantum fuit omnium bonorum desiderium, tot cœlum fatigarunt piorum suspiria, ut nihil a doctoribus, nihil a prælatis paullo melioribus, nihil a principibus, nihil denique in conciliis audiretur frequentius, quam reformatio. Eam exspectabant omnes, eam votis omnibus expetebant, eam proxime instare, capto ex ipsius ecclesiæ statu augurio, non vane ominabantur. Singulari eoque doctissimo schediassmate id demonstravit STRATFORDVS, ecclesiæ ad Fanum S. AS-SAPHI, in Anglia, Decanus: k) nos, ne programmati limites excedamus, pauca, quæ huc faciunt, feligemus. Inter doctores eorum sæculorum eminent MATTH. PARISIENS., IO. TAVLERVS, FR. PETRARCHA, l) NICOL. de CLEMANGIIS, m) PETRVS de ALLIACO, n) & quicunque postea WICLEFI AC HVSSI partibus accesserunt, ii omnes nihil magis, quam ecclesiæ reformationem, eamque solidam, ac tanto conatu dignam, desiderarunt. Si Principum exigimus suffragia: ecquis ignorat, quid de ecclesiæ Romanæ facie lenserit LVDOVICVS XII, Rex Franciæ, in ipsis numis Babyloni perditionem minatus? o) Cui non audita SIGISMVNDI & MAXIMILIANI I, Imperatorum vota, quorum ille reformandæ ecclesiæ causa totum pñne terrarum orbem peragravit, ac immensas opes expendit: hic querelas ideo innumeræ fudit, infelix vterque, quod nihil proferet? Si conciliorum denique acta expendamus: per bina illa sæcula reformationem vtramque in iis paginam facere, animaduertemus. Inter concilii Viennensis causas Clemens V, Pontifex, etiam referebat reparationem atque ordinacionem ecclesiæ: et si vana hæc promissa apparebant, quum ad rem esset ventum. p) Eadem fabula acta in Concilio Pisanio, in quo reformationis negotium ante concilii exitum perfecturos, se pollicebant Patres: q) sed pollicebantur tantum. Quum enim promissa apparere oporteret: suspensum est isthac negotio ad triennium. Quinquennio post Constantiense indicatum est concilium, in quo una omnium vox erat reformatio, quam primo loco vrgebat SIGISMUNDVS, Imperator, vrgebant nationes, vrgebant viri probi IO. GERSONIVS, PETRVS de ALLIACO, & si quos alios tempora illa protulerunt paullo cordatiiores. Sed & hic miris artibus se expediebat Roma. Primo enim id dabat operam, vt non, nisi electo nouo Pontifice, illud nego-

## C 3

tium

k) Discourse concerning the necessity of reformation. Lond. 1685. 4. l) Horum aliorumque testimonia vid. ap. Gerh. Confess. cathol. Lib. I. Part. I. cap. 4. p. 39. m) de Clemang. de corrupto eccl. statu, item de reparat. & ruina eccl. n) Petr. de Alliac. de emend. eccl. o) Thuan. Hist. t. p. II. p) Fr. Spanhem. H. E. scic. XIV. scic. 7. §. 5. p. 474. q) Seff. XVII. & XXI. ap. Richer.

tium suscipietur, deinde, eo electo, tergiuersari, ac demum concilium, re infecta, dissoluere audebat, nec quidquam indignare Imperatore, atqueinemendabilem cleri prauitatem accusante.) Non melior fuit Senensis ac postea Basileensis concilii exitus, in quibus non unum in hanc rem decretum, non unus Patrum conatus adparuit. s) Sed Eugenius IV, Papa, facile inuenit causas dissoluendi concilium, priusquam id negotium suscipietur. Immo tam calida fuerunt bonorum omnium vota, ut demum ipsa Roma, tot excitata querelis, purpuratos partes in verba sua adigeret, electos le pontificem, concilium generale celerius congregaturum, & cum electo ad ecclesie reformationem. Sed tempore ea spes ecclesie decollabat, quamque omnes existimarent, ecclesiam oportere reformari, reformare ipse nemo vel audebat, vel cupiebat, donec demum ex oriente saeculo XVI, Deus optimus maximus, ecclesia sua misertus, B. MARTINVM LUTHERVM, eiusque fidos *conversos* excitaret, qui Romanam illam inemendabilem adorti, eo rem breui adduxerunt, vt diuinæ litteræ, tantum non ex hominum notitia sublatæ, in vium reuocarentur, gratia illa Dei in Iesu Christo, verum ac genuinum pietatis omnis fundatum, inculcaretur denuo, & maximi, qui in cultum ecclesiæque disciplinam irreuerterant, abutus felici conatu tollebantur. Magnum profecto opus, cui par non vidit orbis a nascente ecclesia, ac ea propter semper grato animo celebrandum. Atque ea quidem cogitatio merito iam animum nostrum subiit hoc ultimo die OCTOBRI anni 15. DCC. XVII, quo totus Protestantium cætus secunda sacra saecularia indixit. Quum itaque & vi bi nostræ incomparabile hoc beneficium diuinitus contigerit, vt veritatem inter primas agnoverit, agnirat inter mille hostiū lures suscipiterit, suscepit denique, hucusque, Deo adiuuante, retinuerit: nostrum quoque erit, nunquam tanti beneficij depone et memoriam, illudque modis omnibus celebrare. Atque hoc comparius erit solemnis actus, quem in futurum diem II. Novembris, auspiciis POTENTISSIMI REGIS nostri, amplissimus huius urbis Senatus, ecclesiarum scholarumque Patronus, decreuit. Reponabunt tunc in aede gymnasio propria hymni diuinæque laudes, quibus finitis, ego, cui id munera is a Senatu decretum, more superiore saeculo seruato, orationem Latinam de fructu iactata ecclesia Romana post Lutherum reformatio recitabo. Excripet me vir præclarissimus & præcellentissimus M. IOANN. IAENICHIUS, gymnasi, quod Hale floret, Rector, de iuenture meritissimus, qui carmine saeculari Germanici, coque elaboratissimo, Satanæ aduersus ecclesiam insultus, diuinumque huic præstitum auxilium exponet, simulque, quæ iam sit ecclesiæ facies, quodque nostrum officium, luculentem decebit. Quod vt bene verat, vtque eo decentius hæc quoque sacra fiant, Illastrissimum DANCKELMANNVM, Regiminis Magdeburgici Præsidem, vt & illustres diuerorum collegiorum consiliarios & quotquot in academia Fridericiana atque vrbe nostra degunt, illustrissimos Comites, Barones, eruditos, vt adiint, coque fauore suam de restituta puriore religione libertateque conscientiae letitiam eo faciant testationem, ea, qua pars est, obseruantia rogamus, daturi operam, vt hanc benevolentiam memori semper retineamus animo, omniq[ue] data occasione, paria referamus. P. P. Hale Magdeb, prid. Kal. Novembris. CIO. DCC. X VII.

r) Hard. Ad. Concil. Conflant. Tom. IV. Part. II. p. 549. L'Enfant. Hist. du concile de Conflance Lib. VI. In. 46. p. 597. s) Concil. Basileens. Sess. I. Richer. Hist. concil. gen. L. 3. c. 2.

Gb 1633.

4°

ULB Halle  
001 611 763

3



St



ECCLESIAE EVANGELICAE  
**ANNO SAECVLARI SECVNDO**  
 IMPERIO ATQVE AVSPICIIS  
 SERENISSIMI AC POTENTISSIMI  
 PRINCIPIS AC DOMINI  
 DOMINI  
**FRIDERICI**  
**WILHELMI**  
**REGIS BORVSSIAE MAR-**  
**CHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM.**  
**IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI**  
 PRINCIPIS ARAVISIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVCIS  
 MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POME-  
 RANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM MECKLENBVRGI ET IN SILESIA CROS-  
 NAE PVRGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE  
 CAMINI VANDALIAE SVERINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHEN-  
 ZOLLERAЕ RVPINI MARCAE RAVENSBERGAЕ HOHENSTEINI TECKLENBVR-  
 GI LINGAE SVERINI BVHRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET  
 VLISINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTO-  
 CHII ET STARGARDAE IN LAVENBVRG BTVOVV AR-  
 LAY ET BREDA CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,  
 SOLEMNITER CONCELBRANDO

AD

### SOLEMNEM PANEGYRIN

DIE II. NOVEMBR. CIO DCC XVII.

IN AEDE GYMNASIO PROPRIA

AB

### AMPLISSIMO SENATV HALENSI

DECRETAM

ERVDITOS VTRIVSQVE REIP. CIVES

AC HOSPITES

OFFICIOSE AC PERAMANTER

INVITAT

### IO. MICHAEL HEINECCIVS,

SS. TH. D.

SACRI TRIBVNALIS REGII IN DVCATV MAGDEBVRGICO

CONSILIARIVS ECCLESIASTICVM HALENSIVM ET DIOCESI GALLICANIVM

